suam esse in caelis & cum angelis haber& conuersationem suam / & quasi
facie ad faciem perspicer& bona futura / Ita spernebat cuncta que in praesen
ti uita uel dilectabilia . uel tristia . uidebantur ; Nulla ei cogitatio / nullus sermo
de requie erat / quod nos & frequentius & sollicitius querimus ; sed clamabat dicens ;
Usque ad hanc horam & esurimus & sitimus & nudi sumus & colafis caedimur ; & in
stabiles sumus & laboramus / operantes manibus nostris ; maledicimur / & benedi
cimus ; persecutionem patimur / & sustinemus ; blasphemati deprecamur , tamquam pur
gamenta huius mundi . facti sumus omnium peripsema usque adhuc ; per singula
enim oculos mentis suae conuertens ad caelum / & decore caelestium tractus re
uerti rursus ad terrena recusabat ; sed sicut is qui in paupertate positus in traule &
humile tugurium uixit / Si forte regem uideat auro multo & margaretis . ac purpu
ra refulgentem / ultra iam non uult tugurii pauperis recordari / nec paenuriis suae
ad animam reuocare ad memoriam ; sed agit omnia quatenus possit ad splendorem
gloriam regis quam contuens admiratus est & dilexit inseparabilis effici ; Ita &
paulus ubi perspexit illa que in caelis sunt / Contempsit ista aegestatis & squaloris plena
quae in terris sunt ; & cum hominib; quidem pro necessitate terreni corporis conuer
saretur / mente uero & sollicitudine totum se illuc transfert / quo eum amoris sui ducit
intentio ; & iam si triste hic aliquid perferat animo ibi occupato non sensit ; & iam si delec
tabile aliquid & suaue uid&ur / Illa delectatio . & illa suauitas / per quam per spiritum contu&ur
dilectationem huius suauitatis obscurat ; In tantum & enim succensus est & ard& amore
xpi / ut ei & iam si flammas illas ipsas inmortales ad[illegible]beas nesciat / non sentiat / non uratur ;
multo namque uehementior est . ignis xpi quo uritur per amorem ; Non enim erat sicut
nos mercenarii / qui timore gehenne regnum xpi requirimus ; Sed ille alio quodam
pacto multo praecestantiore & beatiore desiderio constrictus ; Ita fert omnia / ut ex his
quae patitur poenis solatia magis amoris sui . capiat / quam dolorem corporis sentiat ;
Ita enim totam eius mentem deuinxit amor xpi / Ut & iam hoc quod ei prae ceteris om
nibus amabilius erat esse cum xpo , rursus ad ipsum quia ita placer& xpo contemner& ,
sed & caelorum regno que uid&ur esse laborum remuneratio pro xpo / nihil minus
carere pateretur ; Ab ipso & iam xpo / anathema effici pro xpo / obtabile habuit ; sed
fortasse minus planum uideatur esse quod dico ; quod tamen si explana reuoluero / tunc
iam non obscurum sed credibile fi& his dumtaxat ipsis quib; prius uidebatur obscurum
quod tamen & iam beatus ipse quia incredibile futurum prospexit / cum quadam id protesta
tione signauit dicens ; Ueritatem dico in xpo non mentior / testimonium mihi reddente
conscientia mea in spiritu sco ; Quoniam tristitia est mihi magna & continuus dolor cordi meo ;
Obtabam enim ipse anathema esse a xpo . pro fratribus meis ; & tamen protestatus sit

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0329